

DE MACHABÆIS.

(Ex eodem manuscripto Sancti Mariani Antissiodorensis.

MONITUM. — Inter poemata Marbodi episcopi Redonensis invenitur poema ejusdem argumenti, scribitur: *Certamina septem fratrum Machabæorum*. Sic autem incipit: *Antiquæ legis jus solvens* &c. Sic autem desinit: *Certamine major*. Est autem omnino discretum ab hoc Hildeberti poemate.

num Persarum quod per tot sæcula clarum
 et late felici nobilitate,
 cum confregit Macedo, Dariumque subegit,
 orientis ruit in populos Orientis.
 nulla moræ passus, modicoque labore
 cum littus rediens, Oriente potitus
 Ammonem; post hæc rediens Babylonem
 accessit, post tot quæ tam cito gessit;
 et vicina, cum nullius medicina
 non prodesset, nec jam nisi mors superesset,
 pueros ad se [*f. secum*] vocat inclytus
 [heros.

sic inquit: Scio quod me vita relinquit;
 lunt superi nostra virtute tueri;
 et astra ferunt, quia pro Jove ponere quæ-

ad incursus et tela Typhæa recursus
 expavit, qui me super astra vocavit.
 procures! quoniam meus inclytus hæres
 sperare non posset regna tenere,
 is quorum me collocat arce polorum,
 et hæredes. Divisit et illico sedes,
 regnorum, quæ quisque teneret eorum.
 ab eo datur Ægyptus Ptolemæo,
 et Lyzmaeum jussit disponere Thracum;
 et Ponti Syriam dat Laomedonti.

Antigono Phrygiæ pars maxima dono.
 Cassander Chariam, Lybiamque Menan-

gnotæ Cilicæ cessere Phylotæ;
 et magnorum Phyle suscipit Illyriorum;
 majores Tropatus, Pardica minores,
 mores servosque suos propiores.
 antipatri cessit Macedonia fratri,
 et ducum jubet esse ducem Seleucum,
 in castrorum sibi dans, equitumque suo-

nis donis etiam regnum Babylonis.
 expagatus fuit Antiochus sceleratus;
 processit, qui tot mala tantaque gessit;
 peccati, par nullius impietati,
 et stis gladius, Judæica pestis.
 impietas sibi nescia ponere metas.
 et inhumanum, quidquid grave, turpe, pro-

ide Machab. I, II.

A Aut dici posset, aut experientia nosset,
 In Judæorum gentem, veritam nihil horum,
 Præcepit fieri, legemque jubens aboleri
 Libros combussit, cujus lex impia jussit
 Illos perquiri, qui si possent reperiri,
 Absconsor legis caderet quasi victima gregis,
 Justaque non justa lex lege fuisset adusta.
 Sed quibus ex causis, vel quam crudelibus ausis
 Antiochi regis fuit hæc abjectio legis,
 Templi vel terræ, placet, incaluisse referre.
 Delator patriæ quidam Simon hostis Oniæ
 Fraude sed occulta faciebat pessima multa,
 Incolumique statu sub Oniæ pontificatu
 Pax inter cives erat, et Jerosolyma dives,
 Et multis rebus fuit illis clara diebus;
 Sed Simon ingratus putat hanc pacem cruciatum,
 Et delatori requies erat illa labori,
 Gaudia mœrori, summo pia vota pudori
 Ille videns quoniam superare nequiret Oniam,
 Sed fraudes varias ejus vitaret Onias,
 Cum duce Phœnicis, patriæque loquens inimicis,
 In propriam cladem cura miser armat eadem,
 Qua bonos et quanta civis reprimit mala tanta,
 Detulit ergo duci regis cuidam Seleuci
 Non cumulasse parum Judæos divitiarum
 More sed et veteri docet in templo coateri
 Multum multarum, multumque supervacuarum,
 Quæ si tollantur veluti quæ nil operantur,
 Utilitas regis sit, non injuria legis.
 Fit regi totum quod dixerat ordine notum;
 Gratia fit Simoni, sed damnum religioni.

C Rex thesaurorum cupidus vocat Heliodorum:
 Dicit et ostendit sua quo sententia tendit,
 Se sciat offensum nisi deferat illico censum.
 Heliodorus abit, vacuusque tamen remeabit.
 Quæ sit causa visæ veniens declarat Oniæ,
 Illeque confusus: Non tales, inquit, in usus
 Templo collocatas liquet esse Deoque sacratas.
 Res ibi congestas habet hic communis egestas,
 Debilibus turbis servantur et orbis et urbis,
 Quas sic exponi satis obstat religioni.
 Heu dolor! immensus si diripitur modo census,
 Spes pupillorum, viduæ cibus et miserorum;
 Sentiet hoc facinus tam civis quam peregrinus,
 Dixit. At ille minis instare, diemque rapinis

Præfixit certum, quo dissipet omne repertum.
 Ad quos rumores et Onias et seniores,
 Quæ cito succurrunt, pietatis ad arma recurrunt.
1237 Præsul humi stratus, punit prior ipse reatus,
 Et cum lamentis veniam rogat Omnipotentis,
 Ne decus antiquum violet modo vulgus iniquum,
 Ne conculcari templum sinat aut violari,
 Vel commune bonum sub jura venire leonum.
 Lux aderat luctus. Venit ergo tyrannide ductus,
 Armatasque manus secum trahit ille profanus;
 Sed color alter ei, status alter erat faciei,
 Ex habituque viri poterant sua viscera sciri,
 In facieque foris notissima signa timoris,
 Signa dabant mentis magnum quiddam metuentis,
 Menteque percussa dat adhuc tamen impia jussa,
 Pendet ad eventum mens anxia convenientum,
 Sed pius errori Deus obstat Heliodori.
 Quem simul accessit, tali virtute repressit:
 Terribili vultu, subitoque venire tumultu
 Admirantur equum. Super hunc sques, et duo secum
 Vultu spectati juvenes, servire parati.
 Arma fuere viro fulgore micantia miro,
 Ut nemo sciret quis esset, et unde veniret;
 Qui circumstantum nulli nocuit, nisi tantum
 Auctori sceleris, quem spes armaverat æris.
 Hunc conculcatum, pueris illis laceratum
 Quos adducebat tradit, cædique jubebat.
 Terræ prostratus pœnas dabat ergo reatus,
 Quem populus tantæ virtutis viderat ante,
 Jam salvo censu sine luce videt, sine sensu.
 Tunc inimicitias declinans regis Onias,
 Qui turbaretur, si tantus homo moreretur,
 Et nolens iræ causas gravioris inire,
 Ne fleret pejus, pro vita supplicat ejus.
 Quod simul explevit, et vindicis ira quievit.
 Vita salusque redit misero, sanusque recedit.
 Tunc eques inquit ei: Memor istius esto diei,
 Et vitæ propriæ non sis ingratus Oniæ.
 Totius ergo chorus populi, sed et Heliodorus
 Laudis in exemplum venit ad memorabile templum,
 Dansque Deo grates, lacrymis lavat impietates.
 Orat ut oretur pro se, culpamque fatetur;
 Spondet ab hac hora se facturum meliora,
 Sicque vale facto plebi, votoque peracto,
 Per Colesyriam lætus redit Antiochiam.
 Et regi relegit vel quæ vel qualiter egit;
 Qualiter evasit, templumque timere suavit.
 Subridens, oro, dic, rex, ait Heliodoro
 Quem decet ut mittam? Quem vis amittere vitam?
 Et qui delinquit, talis sit nuntius, inquit.
 Simon ad hæc sævit, nec adhuc a fraude quievit,
 Pontificemque bonum legis patriæque patronum
 Perfidie telis pulsat, falsisque querelis
 Detrahit, infamat, per singula compita clamat
 Quod facit in patriam totum fieri per Oniam.
 Ast ubi tantarum laqueos inimicitiarum
 Atque tot insidias poni sibi vidit Onias,
 Nec nisi per regem jam posse resistere legem,
 Defensor patriæ se contulit Antiochia,

A Illic private vivens vixitque beate.
 Hunc habuisse ferunt fratres; duo quippe fuerunt,
 Sed non æquales meritis ejus, neque tales
 Qualis et ante pater Simon exstitit, et modo frater;
 Sed jam Græcarum consortes luxuriarum,
 Menteque jam cæca dederant sibi nomina Græca,
 Et contra patrias leges Menelaus Onias
 Est appellatus; major Jesus ante vocatus
 Spreto felici Jason audeat nomine dici.
 Hostis naturæ, qui cladis origo futuræ,
 Et jam vicinæ fuit urbi causa ruinæ.
 Per quem tot cædes, per quem sacra diruta sedes,
 Leges pollutæ, genus et locus absque salute.
 Respuit, et mutat, nomenque salubre refutat.
1238 Mutatum nomen signum fuit et velut omen
 Temporibus Jasonis mutandæ religionis.
B Mos erat antiquus, qui pessimus est et iniquus,
 Ut refugæ legum peterent solatia regum,
 Ut quia perversæ nequeant res vertere per se,
 Pervertant reges, ut pervertant ita leges.
 Talibus intentus fallax Jason atque cruentus,
 Ut cognovisset quod rex Seleucus obisset,
 Et successisset frater sibi, rexque fuisset
 Antiochus factus, tunc pessima [al. optima] tem-
 [pora] nactus,
 Contrahit immensum per amicos undique censum.
 Quo sibi collato, legumque statu vacuato,
 Detulit ad regem se velle relinquere legem,
 Idque licere sibi rogat ex imagine scribi,
 Judæosque rogat quod in hæc opprobria cogat,
 Addicatque neci, nisi vivant quomodo Græci;
C Ut quibus idem rex, etiam sit eis eadem lex.
 Quo sibi concesso, miser iste, pudore represso,
 Adversus Patrum fecit decreta theatrum.
 Insuper in ludis ludens cum corpore nudis,
 Ne circumcisis juvenum sit in agmine visus,
 Celat et arte legit, populusque quod egerat egit.
 Res sacramenti specialiter huic data genti,
 Quam nullis annis violaverat ulla tyrannis,
 Sub refuga vili perit excessu juvenili.
 Insuper adjecit, et ephebeiam sibi fecit,
 Moreque Græcorum quicumque sibi puerorum
 Usibus his aptus visus foret, illico raptus,
 Ad turpes usus orat, heu pudor! intra reclusus.
 Quid non audebit? Quis vero timenda timebit?
 Aut quid turpe putat, qui non hoc turpe retulit?
D Qui scelus hoc audet, cordis quibus ostia claudet?
 Qui licitos credis coitus Jovis et Ganymedis.
 Cuncta licere puta, nihil excipe, nilque refuta,
 Nil fuge, nulla time gentis connubia primæ,
 Nec reverere pecus, fac quidlibet et pene cæcus.
 Scimus et hoc factum, nec quemquam fulmine ta-
 [ctum];
 Occisusque pater legitur, vitiatæque mater,
 Nec tamen inde reos ferit ultio Pentapolaeos,
 Nec turpis cœnæ culpa periere Miconæ:
 Sed liquet et scitis quid contigerit Sodomitis;
 Fulminis ignaras liquet esse Busiridis aras.
 Pro nece fraternali furit in Cain ira superna:

rait vivus tamen, immo fuit fugitivus.
 ravis incestus Sodomæ non pertulit æstus :
 nerem venter fugientis ab igne recenter
 at et illicite, sed non perit ut Sodomitæ :
 sit salvus, per quem natæ tumet alvus.
 patet liquido quam sit gravis ista libido,
 ctu cujus pietas scelus exstitit hujus.
 peccatorum fuit imber, ut imber eorum ?
 uls, vel quorum gladius velut Sodomorum ?
 unt digni quos sulphure perdat et igni
 e naturæ, stabili per sæcula jure.
 verat in tantum contagio luxuriantum,
 lut edicto naturæ jure relicto,
 præruptas ferret sua quemque voluptas.
 rat ergo bonus, nisi qui foret ad mala pronus,
 :ale lascivus, qui turpiter et male vivus.
 nus es civis; decus est inhiare nocivis.
 :obscenis se conformant alienis.
 atilenis Jerosolyma debet Athenis.
 upanaris colitur solemnus aris.
 :ris claris ibi multus inatricularis
 rat; at juvenum costu tantummodo plenum.
 : quiaque ænum facit, exhibet Antiochenum.
 at summa mali, causa Jerosolyma tali
 ub hostili fuit opprobrio data vili.
 it ex causa veniæ spes et via clausa,
 ue polluta, gravis est nimis ira secuta,
 hoque datur cujus gladio feriat.

Exemplo cujus Jerosolyma vixerat, hujus
 perta fidem, jubet hoc et puniet idem.
 : quotquot erunt, sunt et modo, sive fuerunt,
 us crudelis fuit iste, minusque fidelis,
 bus atque dolis sibi gloria vincere solis.
 asi pacificus, velutique nepotis amicus,
 rus eum Memphim venit Ptolemæum,
 arens cujus soror Antiochi fuit hujus.
 Philometore fuit Antiochique sorore
 et ex more regnabat pro genitore.
 at infantis rebus male congrua tantis :
 ligna regi non est bona justaque regi ;
 :truos pueri tutor rogat ejus haberi,
 que fallaci dans verba simillima paci,
 visurum puero, patremque futurum,
 s et totis defendere regna nepotis,
 Cedit ei gravitas procerum. Ptolemæi :
 suscipitur pueri, sed fraus aperitur.
 :ompos voti parat arma necemque nepoti,
 equa comperta, sibi bella parantur aperta.
 o belli graviter tulit urbe repelli,
 si cepisset, totum sibi succubisset.
 ibus exclusus, belli transfertur ad usus :
 :t infantem; sed in obsidione morantem
 legatus veniens ex parte senatus :
 salutiferum caput et defensio rerum,
 concessæ contentum finibus esse,
 il obsessæ plebi se mandat obesse.
 delinquis, nisi nos et nostra relinquis,
 nam lædis, nisi cominus inde recedis.
 quid dicis, rex subjungit : Sed amicis

A Quid respondendum tibi sit, foret inde loquendum.
 Circulus a lena baculo fit mox in arena,
 Quo cingit regem, proponit et hanc sibi legem :
 Hunc si transibis, nisi dea responsa, peribis.
 Pauca sibi quædam rex infert: Ergo recedam.
 Et post hæc dicta fugit, obsidione relicta.
 Jerusalemque redit, quoniam timet, et quia credit
 Ut rebus notis, vilescat compatriotis,
 Et tali causa sibi sit Jerosolyma clausa,
 Et sic Judæi cedant regno Ptolemæi.
 Quos ex converso sibi congaudere reverso
 Vidit, et in portis occurrere vernula mortis.
 Ergo receptus, totumque quod optat adeptus,
 Perditor horrendus, nunquam nisi pace timendus,
 Cujus blanda minæ, pax bellum, dona rapinæ,
B Ad solitum morem redit, ingenitumque furorem
 Fœderis oblitus, simul ac fuit urbe potitus,
 Ostendit quid erat, vel quid jam denique quærat.
 Civibus arma parat, qui se civem simularat,
 Cædibus insanit, et viros rebus inanit,
 Mandat in imbelles sue sumat ut arma satellites,
 Et quoscunque videt sibi displicuisse trucidet.
 Fit vehemens cædes, sine luctu non erat ædes ;
 Cæsa jacent ab eis truncataque membra plateis :
 Religio, pietas, lex, officium, locus, ætas,
 Nullos protegit, neque movit eos, neque flexit,
 Sed nec ab æde manus templi tenet ipse profanus,
 Gente sed armata ruit ad loca sanctificata,
 Incendensque fores, aditus petit interiores.
 Et quidquid clarum ratus est ibi divitiarum,
 Dividit in prædam, veluti communis quædam.
C Omnibus abrasis cum mensa divite vasis,
 Arcem munivit, regnumque suum repetivit,
 Gente quasi victa, tristi sub lege relicta.
 Ad quam delendam dimisit adhuc ibi quemdam
 Qui Phrygia natus Philippus erat vocitatus,
 Antiocho gratus, quia non modicum sceleratus :
 Phryx a natura, Phryx moribus atque figura,
 Rege suo dignus, quia fallax atque malignus.
 Perfidias rursus providet interrumpere cursum.
 1240 Rex, ut erat moris, dirumpit frena pudoris,
 Atque volens gentem delere locumque potentem,
 Hoc scelus horrendum dat Apollonio peragendum,
 Instructumque satis de moribus impietatis
 Millibus armatis sex quinque quater sociatis
 Illum tantillum, quod vix evaserat illum,
D Mittit destructum, luctu renovans ita luctum.
 Deleat ut reliquum rex mittit iniquus iniquum.
 Hic bona prætendens, regisque scelus reprehendens,
 Pace dedit ficta populis minus aspera dicta,
 Spemque dedit vitæ, nil primo jubens nisi mite.
 Nil super accrevit, sed sic tolerando quievit,
 Ne gens aspiret, donec lux festa rediret.
 Lux septena redit, pietas simulata recedit.
 Legibus imbelles petit impius ense satellites ;
 Intentos festis manibus fera turba scelestis
 Abstrahit et mactat, variisque malis male tractat
 Et de Judæi solemnibus honore diei

Atque timore Dei de more vacant requiei ;
 Amentes, stulti, gratis pereunt et inulti,
 Justaque causa necis sunt sua Sabbata cæcis.
 His aliisque malis furor addidit imperialis
 Jussa nefanda senis, quem miserat huc ab Athenis.
 Primus ab altari statuum Jovis ille levare.

In temploque dari sibi thura, snumque [f. Deum-
 [que] vocari

Imperat edicto ; patrumque tenore relicto
 Ad libitum regis, ardere volumina legis,
 Sabbata quasavit, festosque dies reprobavit.
 Quod fuit immundum fieri jubet amodo mundum.
 Lex quasi non esset, sit ; circumcisio cesset ;
 Antiochieque deis fit in omnibus ara plateis.
 De vetitis rebus ibi quemque quibusque diebus
 Sacrificare volunt ; et eos qui talia nolunt,
 Atque reformidant tam turpia jussa, trucidant.
 Qui generis clari, qui claræ laudis avari,
 Qui firmi, stabiles animos habuere viriles,
 Qui post virtutem, non carnis iere salutem ;
 Qui patrum mores, patresque sequendo priores,
 Et peccatores, et temporis hujus honores
 Non nihili pendunt solummodo, sed reprehendunt.
 Tales abjecti, quia non poterant male flecti,
 Sunt interfecti ; sed ob hoc super æthera vecti
 Sub sene crudeli meruere palatia cœli.
 Nec tolerant illi, sed merces corde pusilli,
 Qui sunt in mundo veluti paleæ, vel arundo,
 Exsultantque novis et aguntur turbine quovis ;
 Qui radice carent, et cum sol æstuat arent.
 Hi cito mutati cesserunt impietati,
 Gentiles facti, modo sponte, modoque coacti
 Facti gentiles, refugæ per sæcula viles.

Nec patitur tantum furor et rabies dominantum
 Taliter oppressæ mala legis in urbibus esse :
 Vicos, castella circumsonat ista procella.
 Ad causas tales statuunt foris officiales
 Qui multa cura perquirant singula rura
 Quærere per vicos legem vel legis amicos.
 Quadam vero die Modin vicum Mathathias (78)
 Venit Apellenus iudex homo dæmone plenus ;
 Et quia de villæ dominis erat optimus ille,
 Advocat atque monet ut thura Jovi sua donet.
 Quas immunditias execratus Mathathias,
 Subridens, inquit : Si legem quisque relinquit
 Non ego dimittam ; tanti non æstimo vitam,
 Ut pro servanda conserver ad ista nefanda.
 Tu simulacra coles, sed non ego vel mea proles.
 Hic homo cum natis studio fervens pietatis
 Flebat quotidie venisse dies Jeremiæ,
 Cum paucisque bonis pro damno religionis
 Tamque repentina patriæ templique ruina.
 Multiplicas quæstus dabat utpote civis honestus,
 Sed cum fautores et amicitias et honores
 1241 Illi sponderent, nec plus quam saxa move-
 [rent].
 Quidam de vita metuens miser Israelita

A Astitit altari, voluitque Jovem venerari ;
 Quem leges patrias violare videns Mathathias
 Obviat offensæ, miserumque reverberat ense,
 Laudeque præclara mactantem mactat in ara,
 Et de sacrilegis aliquos, cum iudice regis
 Falsaque falsorum frangens simulacra deorum.
 His hortamentis animos solidat sibi gentis :
 Cui decus est curæ, cui lex, cui vivere jure,
 Amode jungatur mihi, meque meosque sequatur.
 Prosillit his dictis, rebus patriaque relictis,
 Cumque domo.
 Se sociare seni gaudent plures alieni.
 Talibus auditis, qui præfuerant Samaritis,
 Omnibus accitis, etiam ducibus Solomitis,
 Irati multum veniunt hoc dedecus ultum,
 B Sed modicæ genti, quæ fessa labore recenti,
 Tot fuerat pœnis afflicta locis alienis
 Ob causas multas. Tunc non erat ulla facultas
 Bella pati gentis tantæ modo, tamque potentis.
 Ergo diffusi fugiunt, caveisque reclusi
 Extunc mille fere proceres se continuere.
 Quos ibi compertos adit hostis, ibique repertos,
 Dumque jure colunt, offendere Sabbata nolunt,
 Compulit igne mori, vitæque dedit meliori.
 His ita defunctis, lex est data postea cunctis
 Sabbata ne servant, contra quos hæc mala fervent,
 Sed sicut vellent, adversus bella rebellent,
 Proque suis rebus festis pugnare diebus.
 Illius Hebræi sic hostia sancta diei,
 Legis legitimum sunt ausi rumpere primum.
 C Gentis reliquias revocans iterum. Mathathias,
 Exstinxit, planxit, servandaque Sabbata sanxit ;
 Utque labor esset, sed si bellis opus esset,
 Bella licere putant ; pro tempore tempora mutant :
 Exemploque patrum teneant vestigia fratrum,
 Ut pro lege mori, summo reputetur honori,
 Parque pari zelo reddatur gloria cœlo.
 Tunc fortes quique, propter mala gentis utraque,
 Jungi quotidie festinabant Mathathias ;
 Quos amor internus pietatis, amorque paternus
 Fortes, securos ita fecerat, ac ita duos,
 Ut requie apreta, vili tenuique dieta,
 Summum quisque bonum, patriam putat esse leonæ.
 Nil erat escarum, domus et torus, antra ferarum ;
 Nectar præclarum reputantur aquæ pluviarum,
 Fit nigra sole caro, sitis est ingens, aqua raro
 D Crinibus excoctis modo sole, gelu modo noctis,
 Pœna multiplici legum cruciantur amici :
 Nec tamen ex isti oritur querimonia tristis,
 Cordeque blasphemus male murmurat ob mala nemo,
 Felix antidotum sanat patientia totum.
 Tales ergo vias populum docuit Mathathias,
 1242 Talia dum vixit fecit, faciendaque dixit.
 Hic summam rerum, spirans, extrema dierum,
 Dimisit natis, quos de cultu pietatis
 Sic prius instruxit, et ad hæc exempla reduxit.
 Tota mali moles nos respicit, o mea proles !

(78) Modin vicum Mathathias, id est ubi habitabat Mathathias.

Castus amor legum movet in nos praelia regum,
 Regibus iratis, confidite, ne timeatis ;
 Fortis bellator Deus vobis auxiliator.
 Gens mea, ne spernas ritus legesque paternas,
 Sæcula perlustra ; tunc cognosces quia frustra
 Nemo Deum credit, nec ab ejus lege recedit.
 Abraham tentatus fuit, et tentando probatus :
 Joseph mendicus, patiens tamen atque quietus,
 Peccatum sprexit, sed ob hoc sua gloria crevit.
 De Phinees nostis, quia luxuriæ fuit hostis,
 Quo confirmatus fuerit sibi pontificatus.
 Jesus confortans populum, requiemque reportans,
 Plus aliis vixit, solemque sua prece sinit.
 Dum bene confidit, fieri Caleb omnia vidit.
 Eliæ pietas falsos perimendo prophetas,
 Dum zelat velum, meruit conscendere cælum.
 Quis Deus est vester Deus approbat ; indicat Esther
 In libris, veterum vivit pietas mulierum.
 His informati, mea dulcia pignora, nati,
 Aspera quæque pati sitis pro lege parati,
 Consiliique boni primatum do Simeoni,
 Delectusque meus fera bella gerat Machabæus.
 Dispositis rebus, consummatisque diebus,
 Vir justus moritur, juxtaque patrem sepelitur.
 Cum planctu magno legum custode sepulto,

A Judas surrexit, qui plebem pro patrè rexit,
 Religione sacer, qui bello claruit acer :
 Corpore robustus, vultusque decore venustus,
 Mortis contemptor, generis patriæque redemptor,
 Quidedit, ut legimus, spem posse resurgere primus.
 Armis bellantum succinctus more gigantum,
 Sumpsit loricam, gentemque minax inimicam
 Stravit, submersit, patriæque suæ probra tersit.
 Cujus vita brevis, sed strenua, sed sine nævis,
 Nomen in æternum transvexit ad astra paternum.
 Hujus conatus ut Apollonius aceleratus
 Primum cognovit, in eum tentoria movit,
 Judam cum gente sperans delere repente.
 Judas præscivit, gentem parat, obvius ivit,
 Pugnaque conseritur ; gladiis hinc inde feritur :
 B Vioit vero Deus, milesque Dei Machabæus.
 Cæsa malignorum pars maxima, dux et eorum,
 Quem Judas stravit, gladioque suo spoliavit,
 Ac in eo princeps cœpit pugnare deinceps,
 Duxque Seron tristis judex successibus istis,
 Finitimis cunctis prece vel pretio sibi junctis,
 Morte ducis clari properabat glorificari ;
 Cumque propinquasset Bethoron, et castra locasset,
 Surgit in occursum Judas, et gens sua sursum.

1343 INCIPIUNT VERSUS DE S. VINCENTIO.

(E. ms. codice monasterii S. Mariani Antiasiodorensis ord. Præmonstratensis, ann. circiter quingentorum.)

Quam nimis insanus præses fuerit Dacianus,
 Ex scelerum gestis illius scire potestis.
 Hic apud Hispanos ritus recolendo profanos
 Jusserat inquire si forte queant reperiri
 Qui Christum credant, nec ab hoc errore recedant.
 Hos graviter plecti præceperat ac (f. aut) cito flecti.
 Lex quæ celatur nihil est, valet ut videatur
 Utque magis præsit communis, et in medio sit.
 Lumen erat mundi Vincentius : iste recondi
 Turpe nefasque putat, ideoque latere refutat.
 Sic voluit dici Deus, utpote nomen amicit.
 Nam vere vicit sicut passio sua dicit,
 Cum satis attritam solvit sine sanguine vitam,
 A lecto molli meruit super æthera tolli.
 Notitiam Christi dederat Valerius isti,
 Quo doctore bono, duce, præsule, patre, patrono
 Vincendum didicit mundum quem postea vicit.
 Doctrina clarus, sapiens, et ob hoc sibi carus,
 Accepta cura super ecclesiastica jura
 Pro sene supplebat quod de sene deficiebat.
 Cæsaris Augusta, quæ religione vetusta
 Propter factorem retinet factoris honorem,

C Tantis tamque bonis floret munita patronis.
 His igitur tentis, sicut jubet ira furentis,
 Et pater et juvenis properant occurrere pœnis.
 Illis oblatis ait arbiter impietatis :
 Ergo vos estis per quos venit hæc nova pestis,
 Et scelerum morbis errans confunditur orbis ?
 Inde suis fatur : Properanter uterque trahatur,
 Hosque catena liget gravis, et via longa fatiget,
 Et scelus hoc ausos Valentia carcere clausos
 Conservet nobis ; servata quod impero vobis ;
 Quos fortasse mori pœna metuens leviori,
 Mole catenarum, nimioque labore viarum
 Ne consummentur, nisi primo diu crucientur.
 Concitus ascendit, et eo cum milite tendit.
 Hujus ad adventum rabies insana furentum
 Se gaudens profert, et eos uti jusserat offert.
 Ut videt hos, inquit : Qui numina nostra relin-
 quit,
 Occisumque colit, vides quia vivere nolit :
 Sic certi sitis, nisi sacrificare velitis,
 Vos debere mori necesse qua potero graviori ;
 Sed dum sic estis, quod adhuc licet atque potestis,